



## **Universitätsbibliothek Paderborn**

### **Asiaticae Historiae Societatis Iesv Pars ...**

Libris Qvatvor Comprehensa: Vbi praeter res gestas à Patribus Societatis Iesv in conuersione Sinarum, Cocincinae, & Tunchini Regnorum nihil omittitur eorum, quae possunt liberali placere Lectorum curiositati

**Bartoli, Daniello**

**Lvgdvni, 1670**

41. Via mirabilis.

**urn:nbn:de:hbz:466:1-10757**

paginas, & interrogatis subinde Mandarinis gradu suo donatis eequam illarum profiteri legissent, ita ex singulis, & de singulis disserebat, vt petitor omnium unus censeretur, quam quisque singularum;

**39.**  
Doctrinam  
Sinensem  
peritior Ric-  
cius, quam  
Sinæ.

cumque antehac Sinis nihil ad aures veniret acerbius, quam nostrum hunc orbeni Literatorum regnum esse, longeque alia esse illius inge-  
nia, & sublimiores scientias; nunc subdit idemmet Riccius, illos si-  
pudebat, dum viderent Externum, non modo complecti libos om-  
nes quos venerantur pro canone, verum & lucem iis afferre ege-  
giam, & quod perperam interpretabantur, intelligenter explanare;  
hinc dici non potest quanta in Riccius eorum obsequia procul in-  
dia, & superbo fastu; quam se falsos viderent, dum esse in humanis  
præter Sinas nihil dignum aspectu cogitarant, mortales ceteros, ca-  
uerant tanquam hostes, aspernati fuerant veluti barbaros. Nec etrem  
opinor si dicam Riccius in Cantonensis Prouincia solo ingratu &  
sterili retentum fuisse diuinitus, vt dum prodesse aliis non potest, elab-  
oraret semetipsum, tamquam fingeret, vt doctrina sua concitata  
admiratione in Prouincia Chiansenii Doctorum hominum parente,  
vtramque deinde in Regiam Nanchinensem veterem, & Pechinensem  
vocaretur, alisque in verbis Societati sedes, & Religioni verae sta-  
tueret.

**40.**  
Mandat Ric-  
cium susci-  
pit, Pechinu-  
ducendum,  
& deserte-

**41.**  
Via mitali-  
lis.

Subiit itaque interiores regni Prouincias Riccius, & Nancianis-  
dem fixit anno 1595, duebat illum Scilan supremo ex ordine Man-  
darinus Amissor consilij bellici apud Regem, Pechinum accitus ad pa-  
randam expeditionem auxiliariam Caraio Sinis vestigali, aductus  
Taicolamam Iaponiae Regem. Sperabat Mandarinus à Riccio de cu-  
ius sanctitate & scientia audierat restituendam filio sanam mentem; i  
qua illum infausti pudor examinis & probroso repula dimouerat;  
vix posuit agere cum iuvene Riccius, ob infelices eatus, quibus  
conficiatum est id iter quod iuis ad Aquauiam Præpositum, & cum  
qui nostris Macai præter literis describit, illaque potissimum quz  
sibi Nanchini accidere, & fundatam in urbe Nanciano Societati do-  
num. Profectus Sciaoceo Nanhionem Aprili exeunte, conolatus est  
illuc veteres suos Christianos, nominatim Iosephum sanctum senem.  
In ea viam iniuit miliarium triginta, perpetuis utramque arboribus  
opacam, amoenam villis, hospitiis commodam, militari bus praefidis-  
aduersus grassatores tutam; illac enim Sinis Europa, India, Malaca,  
Iaponia, Molucum, suas merces transmittit; illac Sinæ Quanceum  
suas, quibus Indiam, australes insulas, & Occidentem ditant. Hoe  
vltro citroque, diu noctuque comineatu tam denlo stipatur via, vi  
conficiendis eius septem leucis P. Palmerius scribat se die integro equi-  
se. Quod autem via caput transuerso monte Muilino occupatum,  
assensu præberet difficiles, ingentis animi Mandarinus per medium  
montem viuo in lasso iter aperuit trium miliarium spatio, qua sua  
in publicum munificentia, templum promeritus est in montis vertice,

&amp;

& qua viæ vtrimeque cæsa rupes de se murum facit, passim programmatæ encomiaistica grandibus literis quibus literatorum clara ingenia, opus Mandarini beneficium immortalitati tradidere. Iacet vrbs Nangana ad montis radices, claustrum Prouincia Chiancensis; ab ea haud procul oritur fluuius, in quem alij succedunt amnes, & cursu aquarum ingentium prono, Nanchinum usque naues ferunt, medio semper inter duas Prouincias alueo. Habemus vrbiū in eo itinere sitarum delineatos Ricciū manu gradus, & singularia, quæ otiosum fuerit referre; aduersorum autem discrimina per quæ illum diuina bonitas, ad tranquillos labores traduxit, & lectu iucundos: ab vrbe Cancœ cœperere; illie fluuij duo, dum se tertio immergunt præcipites, vndarum torrentibus, tam violentis atque enormibus, naues in scopulos rapiunt, vt quotidianis naufragiis infamantur, loco nomen hinc datum Scipatanum, quod decem & octo torrentes indicat: sed horum fūnestissimus Hoancun, quamobrem vectores, illum inituri, fluminis genio, seu idolo cuius est illie fanum magnificum, stipe, ac precibus supplicant, & nautæ se cuipiam indigenæ credunt, docto notum, & familiare periculum exire. Has tot voragine multotum mortibus famolas præteruerunt se scribit Riccius, aliquando inferius Cancœ, mitaturque amnem etenim placidum, & æqualiter stratum, repente in fluctus, & æstus assurgere, quorum mihi causa in promptu videtur, moles latentium cupium immanes, quæ contracto alueo aquas cogunt rapiditate cursus supplere spatium quod iis solito lapsu sedatè explicandis eripitur. Hos ergo inter æstus Mandarini navis pulcherrima, qua vxor, & filij vehebantur, impacta in scopulum, rupto penitus fundo aonem haulit, sed cum eius depressæ superior emineret ex aquis dominus, in ea mulieres & alij euaserunt. Postridie Riccius inter angusta ripatum dum nauigat, subitus velis incubuit ventus, quæ iusto serius contracta, nauim luo pondere euerterunt. Hanc secuta est quæ Mandarini vasarium pretiosissimum vehebat, & cum eo patiter perii. Hæsit in fundo Riccius aliquamdiu, & incertus quo modo, emersit tamen cum aquæ plurimum bibisset, correptisque mali rudentibus à p̄senti morte ereptus est; sed eius socium Ioannem Barradium virtutis egregiae iuuenem sic amnis sorbuit, vt nec apparuerit viuus, nec potuerit recipi mortuus. Paucis inde post Chingan vībem milliaribus ventorum turbine naues propè omnes, tantum non clades extrema perdidit. Hic verò timori permisit se penitus, Scilan Mandarinus, auguratusque iitteris infelicitatem, tam inauspicata principia secuturam, gestatoriis sellis cum vxore & filiis deinceps vectus est, equitante post illum numerosa familia; gaze residuum nautis per obliqua fluminum lentè portantibus. Siue autem sibi ominosum putauit Riccius comitatum, seu sibi diffusus, non est ausus Regi extraneum sistere; humilissimè rogatum voluit vt retro Sciaoeum rediret, fuitque Riccio dexteritate admodum solerti, precibus, & donis exprimenda facultas